

1539 [= 3485] Neapoli ad S. Restitutae.

HIC · REQVIESCIT · IN · PA  
SANCTVS · ABBAS · HABET · DEVS  
POSITVS · VII · ID · MAIAS · ANTHEMIO · III · COS p. C. 468?

Servavit Capaccius l. 1 c. 12 p. 136. Inde Reines. 20, 94; Fabrett. 757, 626 ex eodem, puto.

1541 [= 3494] Neapoli rep. a. 1801 in fundamentis aedium Michaelis Palermo in viculo ad sinistram turris campanariae ecclesiae S. M. Sanitatis.

IN OC LOCO  
XANCTO REQVIES  
QVET ANNIA  
NVS QVI VIXIT  
5 ANNIS XIII QVIN  
QVE MENSIS sic  
VNDECIM ET  
DIES XVIII  
MERENTI IN  
10 COMPARABILI  
MARITO BENEME  
RENTI FECIT  
TE IN PACE

Giustiniani *dis. geogr.* t. VI p. 318; *memoria sullo scovrimento di un antico sepolcreto* p. 96 ed. 1, p. 107 ed. 2.

1542 [= 3497] prope Neapolim in aede S. Fortunati CAP.; apud Ian. Mazzam COM. Nunc Neapoli in museo.

HIC · REQVIESCET SERBVLVS  
PVER · IN PACE QVI VIXIT  
ANNIS N SEPTEM · M · IIS  
B · M · P PAVLVS FECIT  
avis

Descripisi. Ed. integram Capaccius l. 2 c. 6 p. 434 (inde Rein. 20, 386). Fracta legitur apud Comum inter Muratoriana et apud Fiorellium cat. n. 1985.

1 REQVIESCIT, 2 VIX, 3 AN·N·SEPTEM·MENS·XV Cap.

1540 [= 3490] Neapoli rep. a. 1801 in fundamentis aedium Mich. Palermo in viculo ad sinistram turris campanariae S. M. Sanitatis.

ΛCILIΛ ROΓΛT ROMΛNO NOLΛNO X  
BENEMERENTI FECIT QVI BIXIT ANNIS XXV  
MESIS VIII DIEB XXIII ETSIT VII KΛ ΙΑΝΥΛΡΙΑΣ

Giustiniani *dis. geogr.* t. VI (1803) p. 318; *memor. sullo scovrimento di un antico sepolcreto* ed. 1 p. 95, ed. 2 p. 106.

2 BENEMERETI *dis.* — XXS *dis.* — 3 ETSIT Gervasius *iscr. messin.* p. 39 interpretatur *exiit*, id est *mortuus est*, vix recte. Mihi lectio corrupta videtur et fuisse ibi *deposita*. — K·IANVAR *dis.*

1543 Neapoli in sacello Pontapi in quadam tabella marmorea pavimenti ante altare.

IN SOMNO  
CVS VIR CIA  
CVS CARVS  
QVI VIXIT · AN  
5 NIS QVINQVA  
MENSES DECE  
DEPOSITVS  
MIDVM · VNI

Augustinus cod. 3540 f. 11', cod. 3528 f. 27. 'Mutila' Aug.

## XLII. PVTEOLI (Pozzuoli). Tribu Palatina.

Puteoli ubi postea fuerunt, ibi olim portum fuisse Cumanorum appellatum Dicaearchiam Strabo ait (5, 4, 6 p. 245: ἦν δὲ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων ἐπ' ὄφρους ἰδρυμένον) aliquanto probabilius quam qui oppidum a Samiis conditum esse volunt (Stephanus Byz. s. v. Ποτίολοι; Eusebius a. Abr. 1489). Scilicet loci incolae si suam rem publicam habuissent, nummi non deessent, nec quicquam omnino de eius oppidi vicibus traditum accepimus. Nam quod in Festi glossis legitur p. 72: *Dicaearchia vocabatur quae nunc Puteoli, quod ea civitas quondam iustissime regebatur* et p. 122: *emporium . . . Puteolanum . . . municipium Graecum antea Δικαιαρχία vocitatum est, veriloquium est grammaticorum. Graeci passim hoc nomine utuntur, ubi Puteolos intellegunt, in his Pausanias (4, 35, 12; 8, 7, 3: ἐν Δικαιαρχίᾳ τῆ Τυρρήνων) et Polybius 3, 91, 4, ubi Campaniam aetatis Hannibalicæ describens proleptice omnino Dicaearchitarum nomen ponit, eosque secuti Romani chorographi (Plinius h. n. 3, 5, 61: *Puteoli colonia, Dicaearchia dicti*) et poetae, nisi quod hi *Dicarchis* (Petronius 119 v. 68) vel *Dicarchei* formam praeferunt (Stattius silv. 3, 1, 92. 4, 8, 8; *Dicarcheus* adiective Stattius silv. 2, 2, 3. 110. 135, Silius Pun. 8, 535. 12, 107; *Dicarchi moenia* Stattius silv. 2, 2, 96). *Emporium* (cf. n. 1698) *frequentari coeptum*, ut ait Livius (24, 7, 40), *per bellum Hannibalicum cum Romani communivissent et sex milium hominum praesidio firmassent inde ab a. 539 (Liv. l. c. cf. c. 12, 4. c. 13, 7. 25, 20, 2. 25, 22, 5) ibique deinde a. 555 portorium instituissent (Liv. 32, 7, 3), mox ipso solo Cumanis adempto (nam Campanorum id fuisse ex Livio 34, 45 ne colligas) a. 557 plebs scivit, ut colonia eo civium Romanorum trecentorum deduceretur triumvirisque ad eam rem creatis M. Servilio Gemino,**

Q. Minucio Thermo, Ti. Sempronio Longo deducta est a. 560 (Liv. 32, 29. 34, 45 cf. c. 42, 5; similiter Vell. 1, 15 de tempore tamen ambigens et Strabo 5, 4, 6 p. 245: κατὰ δὲ τὴν Ἀντίβα στρατείαν συνήμισαν Ῥωμαῖοι καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους ἀπὸ τῶν φρεάτων). Inde Puteolanos annos numerasse a *colonia deducta* lex ostendit n. 1784 data anno u. c. 649. Ius ibi dictum est, ut in reliquis oppidis civium Romanorum Campanis, a praefectis Capuam Cumas (Festus s. v. praefecturae p. 233); Sullam paullo ante mortem Puteolanis colonis dissidentibus leges dedisse Plutarchus (Sull. 37) auctor est. In bello civili Pompeii partes primum (Cicero Tusc. 1, 35, 86), mox Bruti et Cassii (Cicero Phil. 2, 41, 107) Puteolani calde amplexi sunt, quos eo tempore in sua potestate esse, suo iure libertateque uti Cicero ait (de l. agr. 2, 31, 86); a triumviris num propterea aliquam eius iuris imminutionem passi sint, ignoramus. Quod tradit liber coloniarum p. 236: *Puteolis colonia Augusta: Augustus deduxit: ex uno latere iter populo debetur ped. XXX: ager eius in iugeribus veteranis et tribunis legionariis est adsignatus*, id defendi potest, si sumimus Augustum veteranos aliquot coloniae adiecisse et Augustae vocabulum ei imposuisse; idque eo stabilitur, quod in titulo Rusicadensi (Renier n. 2182) ante Neronem opinor dedicato appellatur *col(onia) Put(eolana) Aug(usta)*. Imperante deinde Nerone a. p. Chr. 60 *vetus oppidum Puteoli ius coloniae et cognomentum a Nerone apiscuntur* (Tacitus ann. 14, 27), extantque tituli duo, alter parietarius Pompeianus (vol. IV n. 2152) *coloniae Clau(diae) Nerone(n)sis Puteolanae*, alter Fundanus infra edendus *coloniae Neronensis Claudiae Augustae Puteolorum*. Mox Neronis memoria damnata *colonia* evasit *Flavia Augusta Puteoli*, quae nomina reperiuntur in titulis tam extraneis (vol. VI n. 3884,